

Justus Christoph Schomer

**Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Iustus Christophorus  
Schomerus, Doctor & Professor Theologiae, ad exanimum corpus ... Foeminae  
Reginae Elisabethae Hagemeisteriae, Viri ... Dn. Valentini Beselinii, Senatoris  
Reip. Rostochiensis ... Relictae Viduae ... Omnes Academiae Cives ... invitat :  
[P.P. Rostochii Sub Sigillo Rectorali, die XIX. Maii, Anno M DC LXXXVII.]**

Rostochii: Wepplingius, [1687]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777526913>

Druck Freier  Zugang



Schomer, J. C.,  
in R. E. Hagemeister,  
uxor. V. Beselin.

R. 1687.

88.








PROGRAMMA,  
QVO  
RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
JUSTUS CHRISTO-  
PHORUS SCHOMERUS,  
Doctor & Professor Theologiae,  
ad exanimum corpus  
Præstantissimæ Ornatiſſimæque Fæminæ  
REGINÆ ELISABE-  
THÆ HAGEMEISTERIAE,  
*Viri Qvondam Prudentissimi ac Spectatissimi*  
D.N. VALENTINIBESELINI  
Senatus oris Reip. Rostochiensis meritissimi,  
Relicta & Vidue,  
Reuentate comitatu ad tumbam hodie deducendum  
Academia Cives suo quosque titulo con-  
spicuos, quâ fas est humani-  
tate invitat.



ROSTOCHII,  
Typis JOHANNIS WEPPLINGII Univ. Typogr.



## Uetus jejunii , qvi

Pentecosten veteri instituto  
sequitur, quasi post longa vel  
magna certe gaudia prioris  
disciplinæ renovatio, & quasi  
ablato à terris sponso, cujus  
in ascensione & effusione Spi-  
ritus. triumphus claudebatur,  
tristis viduitatis signum, opti-  
mè cum mortis nostræ medi-

tatione concurrit. Neque enim quicquam est, quod magis animum sui oblitum tristitia percavit, neq; quod magis ad meliora consilia revocat, quam propositus vitæ exitus & brevis horæ cum æternitate instans commutatio. Sancta quidem ea gaudia sunt, quæ in pentecoste instituit ecclesia, & ad mortem fortissimam spe expectandam optimè nos munientia; sed ut sunt ingenia hominum ad vanos errores proclivia, facile etiam inveniunt in verâ mentis exultatione, unde ad vanas mundi delicias deflectant, Provocant etiam plebem nostram pentecostales feriae ad variam conviviorum luxuriam, ad saltationes publicas, & ejusmodi alios lusus, quæ ne Spiritu. opus & dignam mortis meditationem penitus executerent, indictio jejunio & publicis pænitentiæ exercitiis etiam in hac provinciâ recte & salubriter prospectum est. Præcipue illa vulgo creditur honesta esse hujus temporis recreatio, ut erigatur in sublime avis lignea pansis quasi in volatu alis conspicua, in quam omnis telorum impetus ut in fixum sibi scopum collimet, quam qui inter jaculantium & globo æneo ferientium certamina abstulerit, virtutis suæ præmiis mactatur. Origo rei obscura & incerta est, Sunt tamen, qui indignam plebe Christianâ

nā impietatem ei subesse rentur, quōd eo tempore, quo  
Spiritū S. illapsum in Apostolos veneratur ecclēsia, quem  
quondam instar columbæ in Christum descendisse novi-  
mus, videatur signū erigi columbinam formam referens,  
cui petulanter qvasi in ludibrium ipsius Spiritū S.  
insultetur. Constat enim apud Pontificios solere co-  
lumbas ligneas in ecclēsiis funiculis appendi, & sic à sum-  
mo fornice demitti, ut adventum Spiritū S. adumbrent,  
quale qvīd etiamnum in baptisteriis nostris observamus,  
quibus superne volans talis imago imminere solet; qvan-  
quam Balsamon Græcus scholiaſtes ad Canonem lxxxii.  
Trullanum, occasione ejus quod canon ille de pictis  
agnis Dei statuit, morem eum improbat. Unde adeò  
qvod in templis factum est ad oculos plebis qvādam re-  
ligionis specie pascendos, facile etiam foris imitatio-  
ne petulantī in histrioniam & lusum verti potuit. Inter-  
rim tamen falli eos, qui durā ejusmodi vel censurā vel  
suspicioне gymnasticum hunc ludum feriunt, vel ex ve-  
teri voce Saxonīcā, quā ayem illam nostrates appellant,  
me arguere posse censeo, dum non columbam, sed  
gajum vel gogum vocant (unde compositum est *papaga-  
jus* vel *papagogus*) quem Glossarium interpretatur pi-  
cum, cui hodieq; Gallorum *Geay* respondet. Nos  
autem in ave illā hoc tempore optimam mortis medita-  
tionem habebimus, si probè consideraverimus, nos  
omnes, perinde ut ipsa certo lapsui destinata serius  
oculus cādit, ita etiam spiculis mortis, ex qvo nati-  
sumus, palam expositos esse, tamque diu peti donec in-  
tercidamus. Incurrunt varia morborum agmina tan-  
quam totidem spicula in necem nostram aptata, cibus,  
potus, circumstans aér, actionum motuumque animi  
varietas, subito sanguinem vel calore accendens, vel  
frigore compescens, omnia in acceleranda homini fata

X 3

con-

conspirant. Si diu restiteris, primū alæ amputantur; manuum inquam pedumq; usū cum ipsā senectute intercepto, & debilitatis viribus corpus quasi contunditur laceraturq; : tandem tamen certum est prædam te victoris fore. Quæ vivæ sunt & in naturali libertate positæ aves, eludere aucupis insidias possunt, & ab subsequente se jaculatorē alarum perniciitate fugere ; at iis, quæ perticis affixæ hærent, nulla spes fugæ est; ita neq; nobis ulla, qui quantumvis ultero citroq; libere errantes, eum tamen circum egredi non possumus, in quo cingentibus nos undique mortis causis patemus. Sed ut proximi festi memoria, quod Spiritui S. sacrum est, nonnullos adduxit, ut columbam, quæ in descensu hujus S. Spiritus quondam apparuit, in hac ave ad umbrae suspicarentur, ita nos in eâ figurâ felicius admonebimur, quâ præcipue virtute, quibusque moribus optimè ad mortis impetum ferendum præparemur. Nempe ut Christus est, qui primus vincula mortis perrupit, & postquam se redivivum sepulchro extulit, nostræ quoque resurrectionis nos admonuit, suâque in cœlos ascensione viam nobis ad idem æternitatis habitaculum pandit; ita Spiritus S. est, cujus ope ad hanc spem atq; fidem excitamus, qui horrorem mortis excutit, ne nisi svavis melioris vitæ porta esse videatur. Ejus figuram induere oportet, si bene mori cupimus, ut renovati mente atque spiritu ad ejus toti fingamus arbitrium, & penitus illabentem animis omni consilio atq; opere nostro referamus. Non sine causâ ille columbae speciem assumpsit quondam ad Jordanem, avis, cujus castitas & pura atq; à sordibus aliena vivendi ratio scriptoribus celebris est: ipse Christus columbinam etiam vel sinceritatem vel mansuetudinem in exemplum vitæ nobis proponit, quo facilius in apparitione Jordanicâ id quæreremus, vera qve

que animi sinceritate sine fūco & dolo, & sine omni ini-  
hostes acerbitate Deo hominibusq; placere studeremus,  
ab omnibus peccati inquinamentis nobis quām qui ma-  
xime carentes. Has virtutes qui imbuit, fructū in se  
contemplatur ējus fidei, quā aduersus mortis spicula tu-  
tus est, quorū ictibus cadat licet, ita tamen cadit, ut  
ad meliorem libertatem, quam quae in affixis huic mun-  
do sensibus est, avolet. *Columbam sedentem*, ut proverbii  
de simplicibus ingenis dictum interpretatur Svidas,  
de fallacibus, quae alios secum instar ~~παλευτρίου~~ in nassam  
trahunt, Erasmus. Etenim ut illi, quorum desideria in  
rebus hujus mundi fixa haerent, & alliciunt alios, &  
alliciuntur in aucupis Satanæ nassam, alter alteri perni-  
ciei causa, ita qui securè & incaute incurrentem milve-  
um negligunt cum sedentibus columbis, hostili ejus, qui  
in aere dominatur, furori miserè succumbunt. At ve-  
rò quibus paratus aduersus vim mortis animus est, &  
fiducia melioris vitæ cœlo sic affixa, ut abstrahi inde ne-  
queat, composita & quieta mente sedent & expectant  
horam transverberandi pectoris, locum latoribus gau-  
diis & longiori ævo daturam. Columbarum quidem per-  
inde ut pavonum feram esse naturam definivit qvondam  
ob difficilem fugientiū persecutionē Tribonianus JCtus;  
sed ea ipsa distinctio, quā anseres & gallinas mansuetas  
esse agnoscit, quod aliæ sint, quas feras vocamus, etiam  
initius esse columbis nostris ingenium, edocet; quem-  
admodum Varro duo genera columbarum recenset, u-  
num agreste & saxalite, quod in turribus & cacumini-  
bus villæ haeret, alterum quod clementius est & ci-  
bo domestico intra januæ limina pascitur. Nobis in  
hac figurâ mite ingenium commendatur, ne contra nos  
invicem, neq; contra eum, qui nos hujus vitæ mensu-  
ræ atque incommodis conclusit, ferociamus. Sit tamen  
in

in feritate aliarum effigiem recipientis se ad montem sa-  
lutis aviculae, & pavidè fugientis à peccati aucupumq;  
illecebris nobis proponimus, nihil peccamus. Feras  
præcipue volucres tela impetunt, feræ avis imago est,  
in quam globorum jaectu luditur: si nulla nos voluptas  
ad terram trahere potest, sola mors corpus dejiciet, a-  
volante tamen in sublime animâ, & corpus aliquando  
excitatum secum ad alium orbem trahente, meliorem  
illum columbæ & sponsæ Christi paratum, quām quem  
Columbus ante duo secula invenit. Mitem & obsequen-  
tem Deo, ferum Satanæ esse oportet, fraudis inexper-  
tem, cautione quamvis prudentem, pavidum ad vitia,  
intrepidum autem & securum mortis ac ærumnarum,  
cujus peccatus juxta monitum Christi columbinum est &  
Spiritus S. virtute recte præparatum. Tali encomio  
laudatur honestissima matrona **REGINA ELISABE-**  
**THA HAGEMEISTERIA**, viri qvondam prudentissi-  
mi atq; spe&tatissimi Dn. VALENTINI BESELINII, re-  
licta vidua, cuius ut splendidi natales domesticæ virtu-  
tis exempla egregia dederant, ita optima indoles se ad  
illorum imitationem quām promtissimè finxit. Nata  
erat Gustrovii, anno hujus seculi trigesimo quinto ex  
Patre viro Nobilissimo, & Amplissimo **LUCA HAGEMEI-**  
**STERO**, & ejusdem dignitatis avo **GERHARDO HAGE-**  
**MEISTERO**, utroq; Reipubl. Gustrov. Consule quondam  
meritissimo prudentissimoq;, ex matre autem specta-  
tissimâ luiq; sexûs virtutib; ornatissimâ, **REGINA CLAN-**  
**DRIANIA**, viri itidem Consularis in eâdem Republ. Am-  
pliss Prudentissimiq; viri, **DANIELIS CLANDRIANI**, filiâ.  
Aviâ quæ patrem ipsi pepererat, fuerat Nobilissima fœ-  
mina **ANNA ADENSTEDIA**, ex patriciâ gente apud Bruns-  
vicenses clarâ, patre nobilissimo **MICHAEL E de ADEN-**  
**STEDT**, sata; altera verò, unde mater ipsi in lucem edita  
fuerat.

fuerat, **SOPHIA KLEVENOVIA**, laudatissima cum viveret  
fœmina. Proavos habuit, paternum, prudentissimum vi-  
rum **LUCAM HAGEMEISTERUM**, Senatorem Gustrov.  
cum conjugé svavissimâ **ANNA ALBRECHTIA**, maternum, Or-  
natissimum virum, **LAURENTIUM CLANDRIANUM**, Senato-  
rem quondam Fridlandensem cum **ANNA CLOKOVIA**, strenuâ  
viri uxore. Educata optimis moribus qui virginem decent,  
placuit Prudentissimo ac spectatissimo viro Dn. **VALENTINO  
BESELINIO**, Senatori quondam Reipubl. Rostoch. meritissimo,  
post priorem uxorem præmaturo funere elatam viduo, cui etiâ  
elocara concordi ac felici matrimonio tres filios enixa est, **LU-  
CAM S. Th. Stud.** solertissimum & præstantissimum, **VALENTI-  
NUM FRIDERICUM**, Stralsundi mercaturæ exercendæ initia-  
tum, & **HENRICUM** admodum adhuc adolescentem, filiasq;  
quatuor, **MAGDALEM SOPHIAM**, **JUSTINAM REGINAM ANNAM ELISABETHAM** &  
**CATHARINAM SOPHIAM**, quarum natu maxima in ipso ætatis  
flore extinta est, ceteræ superstites, optimæ spei optimarumq;  
virtutum virginés, uia cum fratribus acerbum matris obitum  
lugent, quæ postquam jam à triennio charissimum sibi mari-  
tum amisit, & viduatum quâ decet modestiâ ac religione pa-  
tienter tulit, quò prudentius liberis prospiciebat, eò gravio-  
re cum illorum jacturâ decessit. Sed quæ est vitæ hujus  
conditio, imperum mortis corporis valetudinem variis mo-  
dis concutientis non diu sustinuit. Oportuit tandem fragi-  
les corporis exuvias suæ putredini relinquere, glorioius olim  
quam nunc amittuntur, repetendas. Morbi genus explicuit  
Excellentissimus Academiæ Professor Medicus & Civitatis  
Physicus, Dn. D. BERNHARDUS BARNSTORFFILIS,  
Fautor ac Collega noster honoratissimus, his verbis:  
*Summa imbecillitas ventriculi, quâ pie beateque defuncta nostra per  
integrum ferme, mibi uti retulit, annum, graviter fuit macerata,  
ante tres septimanas tantum cum vehementiâ eam affecit, ut superven-  
ientibus aliis symptomatibus, Singultus scilicet per intervalla acce-  
dente, appetitu plane prostrato, nausēa, vomitu continuo omnium  
indistincte assumitorum ram alimentoru[m] quam Medicamentorum, ma-  
terie*

ter & etiam biliosa, intenſiſſimis doloribus, ſummiſ preſſionibus, diſtenſiōnib⁹ præcordiorum, animique deliquiis, Medicam implorare opēm coacta fuerit. Vocatus igitur ea, quæ ad vitieſ os humores corrigendos & temperandos, ſympotoma mitiganda, ſalutemque plenarię reficiendam pertinere videbantur, in magnacopia preſcripsi. At, cum Malum jam altas & extirparū insuperabiles planè egiffet radices, omnia ex bona intentione ordinata medicamina, indies creſcente langore animiq; deliquio, fruſtra fuere adhibita. Quia cum B., noſtra anima adverteret, crebrie & reiteratā gemiſibus blandam animā à corpore avāluerit, quam etiam ab ipſo imperravit. Columbam mediæ ætatis ſcriptores vocant vas argenteum ad altare appenſum, in quo conſecratus panis eucharistiſcus affervatur. Noſtra hæc, cujuſ virtutes ad inodum ſcriptionis noſtræ in columbinā figurā adumbramus, & hac ratione vocabulū vim implevit. cum desperatā alia medicinā cœleſte pharmacum, quod in ſacramento eſt, expetens, miniftrante illi, precibusque præeunte pl. Reverendo & ampliſſimo viro Dn. M. HENRICO CARMONIO, Paſtore Jacobeo vigilantiſſimo, fautore, amico & compatre mihi honoratiſſimo, corpus & ſanguinem Christi ut ore ſumſit ita fide servavit in ſymbolum & arrham futuræ cum hoc ſoſpitatore reſurrectionis. Ita fidei ac gaudii cœleſtis plena piè placideq; obiit die 10. Maii, in ipſo meridie, animamq; Deo creatori reddidit. Quod nunc reſtat unicūm pietatis officium, quod præſtari deſideratiſſimæ matri potest, hodie parant relicti liberi orphani, ut ad diem uſque mundi extreμum terræ communī matri ſervandum detur, quod inde deſumtum eſt. Veſtrā autem, Ciues Academiac omnium ordinū honoratiſſimi, me interprete pariter exoptant ambiuntq; pietatem, ut id memoriam optimam matronæ, ſuoq; ſolatio detis, & deducendū funus frequente co-mitatu ornetis. Quod ut juſtum honestumq; deſiderium eſt, ita & illis & mihi, ſi id impetraverimus, gratum feceritis.

Conventus erit in æde Jacobea horā, po-  
meridiana.

P. P. Rostochii Sub Sigillo Rectorali, die XIX. Maii,  
Anno M DC LXXXVII,











fuerat, *SOPHIA KLEVENOVIA*, la  
 fœmina. Proavos habuit, paternu  
 rum *LUCAM HAGEMEISTERUM*,  
 cum conjuge svavissimâ *ANNA ALBR*  
 natissimum virum, *LAURENTIUM C*  
 rem quondam Fridlandensem cum alii  
 viri uxore. Educata optimis morib  
 placuit Prudentissimo ac spectatissimi  
*BESELINIO*, Senatori quondam Reipub  
 post priorem uxorem præmaturo fun  
 elocara concordi ac felici matrimonii  
*CAM S. Th. Stud.* solertissimum & præ  
*NUM FRIDERICUM*, Stralsundi merito  
 rum, & *HENRICUM* admodum adhuc  
 quatuor, *MAGDALENAM S*  
*NAM REGINAM ANNAM E*  
*CATHARINAM SOPHIAM*, quarum na  
 flore extincta est, ceteræ superstites, o  
 virtutum virgines, una cum fratribus  
 lugent, quæ postquam jam à triennio  
 tum amisit, & viduatum quâ decet n  
 tienter tulit, quò prudentius liberis p  
 re cum illorum jacturâ decessit.  
 conditio, impetum mortis corporis v  
 dis concutientis non diu sustinuit.  
 les corporis exuvias suæ putredini reli  
 quam nunc amittuntur, repetendas.  
 Excellentissimus Academiæ Professo  
 Physicus, Dn. D. *BERNHARDUS*  
 Fautor ac Collega noster honora  
*Summa imbecillitas Ventriculi, quâ pie be*  
 integrum ferme, mibi uti retulit, annum  
 ante tres septimanas tantum cum vehement  
 nientibus aliis symptomatibus, Singultus  
 dente, appetitu plane prostrato, nausea,  
 indistincte assumentrum tam alimenorum qu



the scale towards document

um viveret  
 ssumum vi  
 n Gustrov.  
 ernum, Or  
 IM, Senato  
 VIA, strenuâ  
 em decent,  
 ALENTINO  
 neritissimo,  
 duo, cui etiâ  
 nixa est, LU  
 , VALENTI  
 endæ initia  
 em, filiasq:

J U S T I  
 H A M &  
 ipso ætatis  
 timarumq;  
 iris obitum  
 sibi mari  
 ligione pa  
 eò gravio  
 vitæ hujus  
 variis mo  
 dem fragi  
 losius olim  
 is explicuit  
 e Civitatis  
 ORFFIUS,  
 is verbis :  
 nostra per  
 macerata,  
 ut superve  
 ralla acce  
 no omnium  
 torum, ma  
 zerie

052  
Patch Reference number on UTT Serial No.

Image Engineering Scan Reference Chart TE63